

et lucratus est alia
 quinque. Similiter
 qui duo acceperat:
 lucratus est alia
 duo. Qui autem
 unum acceperat:
 abiens fodit in ter-
 ram. et abscondit
 pecuniam domini sui.
 Post multum ue-
 ro temporis uenit
 dominus seruorum illorum:
 et posuit rationem
 cum eis. Et accessit
 qui quinque talen-
 ta acceperat: obtu-
 lit alia quinque ta-
 lenta dicens. Domine:
 quinque talenta tra-
 didisti michi: ecce
 alia quinque super

lucratus sum. Ait
 illi dominus eius. Euge
 serue bone et fidelis:
 quia super pauca fu-
 isti fidelis. super mul-
 ta te constituam in-
 tra in gaudium domini
 tui. Accessit autem
 et qui duo talenta
 acceperat: et ait. Do-
 mine: duo talenta
 tradidisti michi: ecce
 alia duo lucratus sum.
 Ait illi dominus eius. Euge
 serue bone et fidelis:
 quia super pauca fu-
 isti fidelis. supra mul-
 ta te constituam. In-
 tra in gaudium: do-
 mini tui. **Secun-
 dum: Mattheum.**